sic per multitudinem gentium coram positis multis habitus eorum in-
...dicere; tueri potest, hic latinus est. ille teutonicus. ille iste gallus;
grecus est Atque ita diversitas troporum diversitati mentium coaptatur
hispanus ut unus autenti deuteri fractis saltibus delectetur. alius plage
triti eligat voluptatem. Uni autenti tetrardi garruli-
tas magis placet. Alter eiusdem plage suavitatem probat.
Sic et de reliquis. Nec mirum si varietate sonorum delec-
tetur auditus. cum varietate colorum gratuletur visus varie-
tate odorum foveatur olfactus. mutatisque saporibus lingua
congaudeat. Sic enim per fenestras corporis habilium rerum
suavitas intrat mirabiliter penetralia cordis. Inde est
quod quibusdam saporibus et odoribus ut etiam coloribus intuitis
salus tam cordis quam corporis vel minuitur vel augescit; ut
legitur quondam quod quidam freneticus canente Asclepiade
medico ab insania revocatur. Et item alius quidam sonitu
cythare in tantam libidinem incitatus. ut cubiculum pu-
le quereret effringere dementatus; et mox cytharedo
mutante modum voluptatis penitencia ductum rece[ssisse]
se confusum ait. Item et David Saul demonium cythara
mitigabat: et demonicam feritatem huius artis potenti
vi ac suavitate frangebat. Que tamen vis solum divine
sapiencie ad plenum patet. Nos vero qui enig[mate]...
ab inde percepimus. De virtute artis ut pauca libavimus.
Sed quibus ad bene modulandum rebus opus sit videamus.

De commoda vel componenda modulatione. XV.

Igitur quemadmodum in metris sunt littere et sillabe
partes et pedes ac versus. ita in armonia sunt ftongi id est soni
quorum unus duo vel tres aptantur in sillabas. Ipseque sole vel
duplicate neumam id est partem constituunt cantilene.
Et pars una vel plures distinctionem faciunt id est congruum
locum respirationis. De quibus illud est notandum quod tota
pars compresse et notanda et exprimenda est sillaba vero compressius.
Tenor vero id est mora ultime vocis qui in sillaba quantulus-
... diutissimus ... in distinctione. sig...